

qui furibus, vel crassatoribus assimilari debent, decipiuntur, cum assertione quod expensas pro huiusmodi expeditionibus facere oportuerit.



De Cardinali Vicario, eiusque Tribunali.

S V M M A R I V M .

- 1 Equalitate huius officij.
- 2 In quo illud consistat, & quam iurisdictionem habeat cum exemptis.
- 3 Quid in titulis Cardinalium.
- 4 De ratione iurisdictionis etiam in iis;
- 5 Et diriguntur expeditiones Apostolicæ, & que.
- 6 Est Iudex & superior meretricum & Iudeorum.
- 7 De iurisdictione intra districtum.
- 8 De alia iurisdictione etiæ cum non distri-
ctibus.
- 9 Coram eo sit examen concurrentium in
Vrbe etiam extra districtum.
- 10 Non est visitator generalis Ciuitatis, &
diocesis.
- 11 Neque habet collationem beneficiorum.
- 12 Beneficia Vrbis sub qua reservatione ca-
dant.
- 13 Pretelegit in concurso ad parochiales.
- 14 De Vices Gerente, eiusque munere, &
iurisdictione.
- 15 De cura, & custodia reliquiarum.
- 16 De eius iurisdictione in impressione libro-
rum.
- 17 Est Prelatus in ordine Episcopali,
- 18 De duabus Locum tenentibus ciuili, &
criminali, & de Deputato Moni-
tum.
- 19 Quod id seruetur in alijs Episcopatibus,

- 20 De alijs officialibus, & ministris inferio-
ribus.
- 21 De Congregatione, que per Vicarium, &
eiusque officiales tenetur.
- 22 De Stylo hujus Tribunalis.
- 23 Quod accipit propinas.
- 24 An inferat corvinae non districtualibus.

D I S C U S XIII.

Efficium hoc, licet etiæ an-
tiquum sit, nō tamē cardinalium, neque perpetuū prius erat, vt de sui natu-
ra, à multis sacerulis fue-
runt alia tria officia, de-
quibus in præcedentibus actum est, quo-
niā alicui Episcopo ad nutum amou-
bili, illud committi solebat, eo modo quo
hodierna praxis docet in Vicesgerente; A
seculo autem citrā, & plus, in dicto statu
cardinalitij, & perpetui constitutum est,
illudq; est magnæ existimationis, eo modo
quo sunt prædicta alia, quoniam li-
cet emolumētum sit inferius, adhuc ta-
men est notabile, ac etiam suppletur à
prærogatiua iurisdictionis penè vniuer-
salis, quam exercet in Vrbe, & distri-
ctu.

Siquidem est Vicarius generalis Pa-
pæ, non tanquam Pape, sed tanquam
Episcopi particularis Vrbis, vel Ordina-
rij loci, qui per hunc officiale repræ-
sētatur, yndē propterea regit Curiā Epis-
copalem, cum ordinaria Episcopali iuris-
ditione, cum omnibus clericis, alijsq; per-
sonis ecclesiasticis non exemptis, Ac etiæ
habet delegatā iurisdictionē à Concilio
Tridētino, & Apostolicis Constitutioni-
bus, cū Ecclesijs, & personis exemptis, re-
gularibus, vel sacerularibus, in concernen-
tibus curam animarum, & administra-
tionem sacramentorum, siue ecclesiastica
immunitatē, aliaq; plura quæ sub hac de-
legata Ordinarij iurisdictione veniunt,
& præsertim cum Monasterijs monialū
exemptis (dum non exempta, sub Ordinarij
iurisdictione cadunt); Aliquibus
paucis Monasterijs, vel Ecclesijs seū pijs
locis exceptis, quæ alicuius Cardinalis
regimini, ac protectioni commissa sint
per indulsum particulare, quod ab hac
delegata iurisdictione quoque eximat, vt
infra occasione agendi de Archipræsby-
teris Basilicarum, & de aliquibus Pro-

tectoribus aduertitur.

Et quamvis in titulis cardinalitij, in
puncto iuris, probabili fortè videatur
3 op:io (à contradictoribus tamen non
immunis), vt illi, ab hac iurisdictione
delegata quoque exempti sint, ob præ-
mitem tam cardinalitæ dignitatis, ac
etiam quia quamdam speciem dioecesis
vel territorij separati improprij, vel intel-
lectualis constituere videntur; Ex, par-
ticularibus tamen decretis, vel declara-
tionibus pontificijs, contrarium praxis
docet A. Ex eadem ratione, ob quam,
etiam cum Ecclesijs, & personis exem-
ptis, congrua est Ordinarij iurisdictione,
ratione scilicet medijs, seū occasionis curæ
populi, & cleri sacerularis, in eius territo-
rio viuētis, sibiq; cōnissi, vt in iurisdictioni
materia, & alibi sepius aduertitur. B

Hinc proinde Apostolica beneplacita,
quæ informa commissaria, vulgo sī in eu-
identem, super alienationibus bonorum
5 Ecclesiæ, alijsque similibus conceduntur
aut d spētiones matrimoniales, vel mo-
nitoria p̄ reuelationibus habendis, &
similia, aliaeque expeditiones Apostolicæ,
quæ Ordinario loci dirigi solent, in Vrbe,
Vicario diriguntur; Et in summa gerit
omnia, quæ quilibet Episcopus, vel Ordinarij
gerit in sua dioecesi, etiam cum
sacerularibus, in causis mixti fori, ac in alijs
in quibus forus Episcopalis, sit competēs,
vel prorogabilis.

Istaq; ratione, est etiæ Iudex, & superior
ordinarius, meretricum, aliarunque
mulierum in honeste viuentium, ad quas,
statutis temporibus accessus prohibetur;
Ac etiam personarum viuentium extra
gremium Ecclesiæ, vt in Vrbe sunt Iudei.

Item quamvis intra Vrbis districtum
plures adiint Episcopatus, & præsertim
sex Cardinalitij, & alij; Attamen, vt in
præcedentibus, ac alibi insinuantur, in
eodem districtu, tanquam in territorio
vel dioecesi Vrbis, ordinariam ac etiam
delegatam Episcopalem iurisdictionem
in prima instantia, cumulatiuē cū meis
habet, adeo ut intret præuentio, quasi

A, sub tit.de iurisdic. disc. 34.

B, sepius sub tit.de iurisdic. disc. 1. & seqq.
& ianuis cellar.ecclesiast.ac etiam in
adnot.ad S.C.T.lib.14.

D I S C U R S V S XIII.

79

quod isti Episcopi non sint sicut alij
cum propria diœcesi, vel cum terri-
torio, quod ab altero territorio di-
uisum sit, sed tanquam coadiutores,
vel Suffraganei istius adeò qualificati
Episcopi Vrbis intra eius dioecesim. C

Deberet de iure, ista iurisdictione
protendi ad latiorem antiquum Vrbis
districtum centrum milliarium, qui respe-
ctu huius iurisdictionis spiritualis adhuc
durat, dum moderna restrictio intra am-
bitum quadriginta milliarium, ex Sta-
tutis laicalibus prouenit, atque tempora-
lem potius iurisdictionem concernit; D
Verū contrarium praxis docet, ex con-
suetudine, vel præscriptione quoad exer-
citum iurisdictionis huius officialis, fir-
mis tamen remanentibus alijs effectibus
vel prærogatiis districtualibus.

Occasione autem exercendi Episcopa-
lem iurisdictionem cum proprijs dioce-
sanis, plura sibi commituntur, etiam cū
non subditis; Et præsertim, per Pa-
pam committi solet, vt faciat edicta, seū
præcepta residentiæ ijs, qui tale onus ha-
bentes, in Vrbe morentur, quamvis extra
districtum, ipsiusq; Vicarij iurisdictione.

Ac etiam coram eo, eiusque examina-
toribus, examinantur illi, de quorum
idoneitate, Dataria vult certificari in-
collatione beneficiorum ecclesiasticorum
in forma gratiosa; Siue vbi contingat,
quod in concursibus ad parochiales, iuxta
formam Concilij Tridentini, per ap-
pellantes ab irrationabili iudicio Ordinarij,
sit provocatio ad nouum examen
in Curia, iuxta ea, quæ in rerum paro-
chialium sede habentur. E

Duo tamen huic Vicario per Papam
commissa non sunt, sed sibi referuata;
10 Primò nemp̄ visitatio generalis ipsius
Ciuitatis, & dioecesis, vel districtus, quæ
pro eius placito facere solet per orga-
num Congregationis particularis, quæ
Apostolicæ Visitacionis dicitur, de qua
infra in eius particulari rubrica F, &
in qua etiam, idem Vicarius interuenit;
Ipseque, vel eius Vicesgerens, est etiam

P.z.Relat.

K 2 Iu.

C, supra disc. 2. & tit.de iurisdic. disc. 50. & de
præminent. disc. 1.

D, locis proximè ciuitatis, & tit. de Regal.
disc. 72. & 94. ubi de hoc districtu.

E, de hoc sub tit.de paroch. disc. 6. cum duo-
bus seqq.

F, infra disc.

ludex, & ordinarius exequitor decreto-
rum eiusdem Congregationis.

Et secundo, in collatione beneficiorū
Vrbis, quam ipse Papa facit per organū
11 Datariæ; Idque est penè generale in
omnibus Episcopatibus, quod scilicet,
excepto casu diurnæ absentie in re-
mota regione, ut contingere solet in ijs
Episcopis, qui Prelati vel Nuncij Apostoli-
ci munus suscipiunt ultra mōtes, Vicario
generali nō communicatur ista facultas
cōficiendi beneficia, quæ non venit in nā-
dato generali, sed indiget nota speciali.

Istam itaque collationem beneficiorū
Vrbis, Papa non facit uti Papa, sed tan-
quam ordinarius collator, nisi intrent
Apostolicæ reseruationes personales, cū
12 in his beneficiis, non intrent aliæ spe-
cies reseruationum, & præsertim loca-
lis, quoniam licet reseruata sint omnia
beneficia vacanta per obitum in Curia,
vel infra duas dietas; Non tamen sub hac
reseruatione veniunt beneficia Vrbis,
quamvis in ea obitus possessorum sequan-
tur, dum aliæ essent, omnino annihilare
eius ordinariæ collationis, non solum
quoad Papam, cuius respectu nil refere-
at vno, vel altero modo conferat, sed
respectu tot inferiorum collatorum in
cadem Vrbe existentium, vt sunt Cardi-
nales in eorum titulis, ac etiam Archi-
præsbyteri trium Basilicarū Patriarcha-
lium, & respectivæ carumdem Basilicarū
aliarumque Ecclesiæ collegiatarum
Capitula.

Benè tamen in istis, intrat reserua-
tio personalis; Puta ratione officio; Vel fa-
miliaritatis Papæ, seu Cardinali; Aut ra-
tione curialitatis; Ac etiam ratione va-
cationis apud se dem, quæ diuersa die-
tur à vacatione in Curia, vt in sua bene-
ficiali materia habetur. G

Aduictamen, in beneficiorum etiam
provisione, Vicarius aliquam potestatem
scilicet participationem habere videtur, vbi
13 scilicet agatur de Ecclesijs parochiali-
bus, quæ iuxta formam Concilij Tridentini, & Constitutionis Pij V., prouideri
debent per concursum, qui coram eo, iā.
quam ordinario haberi debet, ob præcie-

G. tit. de benef. disc. 20.

ctionem dignioris, quæ sibi competit;
Quod etiam verificatur in aliquibus vi-
carijs perpetuis aliquarum collegiatarū
Vrbis, quæ ex specialibus Apostolicis
decretis, per concursum prouideri debet,
quamvis prouisio fieri debeat per Data-
riam ad nominationem Cardinalis Ti-
tularis, vel Capituli, cum ad Vicarium,
tanquam Ordinariū, declarare perti-
neat, quis nam ex concurrentibus magis
dignus reputari mercatur, vnde propte-
re, spectato effectu, suum videtur ius
coferendi hanc speciem beneficio-
rum. H.

Plures quoque adiutores, ac officiales,
Vicarius habet, ex quibus eius Tribunal,
seu Curia Episcopalis constituitur; Quo-
14 rum primus est ille, qui dicitur Vicarige-
rens; Iste enim (singendo Cardinalem)
Vicarium tanquam Episcopum gerere
dicitur partes eius Vicarij generalis, tam
circa exercitium iurisdictionis Episco-
palis, ordinariæ, & delegatae, in omnibus
causis, ciuilibus, criminalibus, & mixtis
eius fori, quām etiam circa exercitium
pontificalium, in collatione ordinum, in
consecratione ecclesiæ, & altarium,
& sacrorum vasorum, & in administra-
tione sacramenti confirmationis, dum
omnia haec munia exercet Vicarius per
hunc ministrum maiorem scilicet genera-
lem.

Item ad eum pertinet curia, ac respe-
ctiuæ, effossio, concessio, & authenticatio
15 sacrarum reliquiarum existentium in
cathacumbis, & cæmeterijs, quamvis etia
quædam Congregatio moderno tempo-
re deluper erecta sit de qua intrâ I; Nec
non concessio licentiarum, pro impres-
sione librorum, quæ in Vrbe facienda sit,
vel extrâ per Auctores in Vrbe existentes,
sive impressorum prohibitio, coniunctim
cum Magistro Sacri Palatij, vt superius,
agendo de hoc officiali Palatij Aposto-
lici. L

Atque hinc sequitur, quod hoc offi-
17 cium Vicegerentis demandatur perso-
ne constitutæ in ordine seu dignitate
Episcopali.

Habet item Vicarius tres alios Vica-
rios particulares; Vnum scilicet pro co-
gni.

H. sub tit. de parroch. in supplemento.

I. infra disc. 23.

L. supra disc. 8.

gnitione causarum ciuilium, sub quarum
genera, iuxta communem usum loquendi,
veniunt tam temporales quam spirituales,
quæ non sint criminales, vt in iudicio-
rum sede aduertitur; M. Itaque est
18 etiam, Prælatus Signaturæ, & quan-
doque etiam in ordine Episcopali con-
stitutus; Et alterum pro cognitione cau-
sarum criminalium, qui solet esse toga-
tus, istique Locutientes dicuntur; Et
alterum Vicarium, pro regimine Mona-
strorum monialium, qui Deputatus di-
citur.

Id autem, non solum in Vrbe, sed etiæ
in alijs amplis dioceſibus practicari so-
let, vt præsertim docet praxis Archiep-
iscopalatus Mediolanensis, quod scilicet
adsum isti Vicarij particulares, ciuilis,
criminalis, & monialium, ac etiam Vicar-
ius generalis, qui cognoscit de omni-
bus, de quibus isti particulares cognosce-
re possunt.

Necnon, more aliarum Curiarum
Episcopalium, habet Cancellarium, cui
secretarij nomen tribuitur, ad differentiæ

20 Notariorum actitantium; Ac etiam
Barisellum, cum sua familia armata; Non
tamen habet particularem promotorem
fiscalem, eo quia, Aduocatus, & Procu-
rator Fiscales generales Papæ, ac etiam
Aduocatus, & Procurator generales pau-
perum, in isto quoque Tribunal, has
partes gerunt; Ideoque interueniunt in
Congregatione, quam in qualibet heb-
domada, pro consueto usu, in die Lunæ,

21 Vicarius coram se ipso, in eius palatio,
cum interuentu dictorum officialium,
habere solet, pro discussione causarum
grauiorum, aliorumque gravius nego-
tiorum, in qua Partes, earumque Aduo-
cati, & Procuratores audiuntur; Et quæ
styli, quoque tenent plures Episcopi,
& Archiepiscopi, & præsertim Archiep-
iscopus Neapolitanus.

Stylus huius Tribunalis videtur esse
uniformis cum illo Auditoris Cameræ
procedendi per monitorium, & confi-
22 ciendi alia acta; Aliqua vero stylis diffe-
rentia dignosci videtur, circa admissionem
clericorum ad beneficium capitul. Odoardus, quod scilicet quando de hoc
agitur coram A. C., proceditur cum ali-
quo maiori rigore, ratione obligationis

cameralis, vel ob aliam circumstantiam;
In hoc autem Tribunal Vicarij facilius,
illud admitti solet N; cum aliquibus
alijs diversitatibus leuibus tamen, quas
nimia digressio esset minutatim real-
sumere.

Habetur etiam in hoc Tribunal idem
23 pro meo sensu parum commendabilis
stylus participationis poenarum, ac pro-
pinarum, insinuatus, disc. preced.

Inualuerat etiam quædam consuetu-
do, quod Vicarius conferebat ex-
teris in Vrbe morantibus tōsuram, alios
que ordines etiam sine literis dimissoria-
libus proprij Ordinarij; Verū ab ali.
quo tempore, ob pleraque inconuenien-
tia, quæ exinde resultare praxis docuit;
Vel id est prohibitum; Vel nimium par-
ce, ac circumspicte proceditur.

N. de hoc sub tit. de credito disc. 119. & seqq.
& tit. de iudic. disc. 118. & seqq.



De Sacra Congregatione, ac de Tri-
bunali vniuersalij inquisitionis, vel
Sancti Officij.

S V M M A R I V M

1 D E antiqua, & continua heresum
vexatione, quam Ecclesiæ passu-
erit & de ratione ob quam Deus iā
permisit, ac permittat.

2 De introductione huius Tribunalis, ac no-
minis Inquisitionis.

3 Quis fuerit primus Inquisitor.

4 De antiquis officialibus Inquisitionis.

5 Episcopi sunt Inquisitores cumulatiue
cum